Konrad Schiffmann: Tabulae omnium codicum manu scriptorum et annis 1470-1520 impressorum, quos asservat Bibliotheca Seminarii cleric. Linc. [handschriftlich]

Linz, 1895 Seite 7r

Quelle:
Copyright:



V 3. Codex chartaceus, saec. XV. Folior. 299. 8°. f. 2$^b$ – f. 14$^a$ et f. 227$^a$ – f. 299$^b$ I. manus, f. 16$^a$ – f. 120$^b$ II. man., f. 121$^a$ – f. 129$^b$ III. man. minus diligens, f. 130$^a$ – f. 168$^b$ IV. m., f. 169$^a$ – f. 203$^a$ V. m. f. 219$^a$ – f. 220$^a$ VI. et fol. residua scripta manu VII. Codex continet varia.

Ligatura antiqua ex corio viridi tabulis ligneis intento. In tegum. exter. legitur: 'De civitate accommodata.' (col. rubr.) Cat. Num. I. B. cc 15. 91 et 92. (I. B. c. 18.) in f. 1$^a$.

f. a cap. fragm. f. 1$^a$ col. rubr. inscribitur: 'Van Gresch' et subter leguntur versus col. rubr. exarati:

'Femina raro bona; quae bona digna est corona.
Otia dant vitia fugiant ergo procul ista.'

f. 1$^b$ – 2$^a$ scriptura vacant.

1. f. 2$^b$ – f. 13$^b$ Historia profana egregiorum regnorum et virorum brevissima usque ad regem Carolum IV. Bohem. Inc.: 'Ovia ut ait Salustius in Jugurta Sepe ego audivi' etc.

Expl. (de rege Arturo): 'pro facultatibus exhibere.'

f. 3$^a$ – f. 13$^b$ singula in utriusque paginae dimidio inferiore continent illustrationes col. variis expressas et textum respicientes (personas vel symbola repraesentantes) Seriem figurarum finit fig. symb. 'Tempus.' 'Pan Czas', quae catenam omnes figuras amplexam constringens depicta est et in f. 13$^b$ fig. regis Arturi.

f. 14$^a$ 'Ex cosmographia Ptolomaei.' f. 14$^b$ vacat.

f. 15$^a$ continet probationes pennae et maiore ex parte vacat ut f. 15$^b$.

2. f. 16$^a$ – f. 221$^a$. 'Compendium super prologos totius Biblie Magistri Henrici de Hassia foeliciter incipit.' (col. rubr.) Inc.: 'In principio creavit deus celum et terram Ita stabit in capite totius divinae scripturae' etc. (littera init. simplex col. rubr. expressa)

Expl.: 'bibliae modernae iudeorum magis sunt corrigendae ex biblia christianorum quam e converso ut elici potest ex praemissis Deo gratias. Explicit lectura reverendissimi M Henrici de Hassia quam legit wyennae in studio generali super prologos totius biblie et Cuius anima requiescat in beatissima pace amen' Et subter (col. rubr.) legitur: 'Memento mori.'